

Ernst Cothmann Friedrich Hein

## **Theses Iuridicae De Possessione**

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730913171>**

Druck Freier  Zugang



Inacs.

Bothmanns Ernst

Resp.: Hein. <sup>Sübdich</sup>

R. M. Jahr. 1623

7d



Theſes Juridicæ  
DE  
SSESSIONE  
Quas

Auspiciis S. S. Triados,

authoritate Ampliſſimi Jctorum  
ordinis in alma Rostochiana,

PRÆSIDE  
O MAGNIFICO, SPECTABILI ET  
CONSULTISSIMO,

ARNESTO COTHMAN

mo, Inclutæ Facultatis Juridicæ p. t. DECANO,  
RE emerito, Præceptore ac Meccenate suo  
unicè ſuſpiciedo,

uendis ſummis in utroq; Jure hono-  
ribus & privilegiis,

Ad diem Martij  
Publicè ventilandas proponit.

FRIDERICUS Heim  
Rostoch.



ROSTOCHI  
ACHIMI PEDANI, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXIII.

1623



Theses Juridicæ  
DE  
POSSESSIONE  
QUAS

Auspiciis S. S. Triados,  
*Consensu & auctoritate Amplissimi Jctorum*  
*ordinis in alma Rostochiana,*


PRÆSIDE  
VIRO MAGNIFICO, SPECTABILI ET  
CONSULTISSIMO,

DN. ERNESTO COTHMAN  
Jcto celeberrimo, Inclutæ Facultatis Juridicæ p. t. DECANO,  
& SENIORE emerito, Præceptore ac Mecænate suo  
unicè Inspiciendo,

*Pro consequendis summis in utroq; Jure hono-*  
*ribus & privilegiis,*

Ad diem Martij  
Publicè ventilandas proponit.

FRIDERICUS Hein  
Rostoch.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXIII.

1623

Theles Juridicus

POSSESSIONE

Q. 112


Alpicias S. S. Theles

Consensu & voluntate & iudicio  
ordina in alia & iudicium

PRÆSIDI

VIRO MAGNifico, SPECTABILITATI  
CONSULTISSIMO

DN. ERN. OTTMAR



Loco celebrando in  
& seniore curia

Proconfessore & iudice

Adm. M. J. J.

Public. M. J. J.

Public. M. J. J.

ERIDERICUS

1811

ROSTOCK

Rostock


Typis JOACHIMI PABIANI Typ.

GRANO M. DC. LXVII

103 177 177



Theſium Juridicarum  
D E  
P O S S E S S I O N E



II. Possessio appellata est (ut & Labeo ait) à sedibus, quasi sedium positio: quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit. *l. 1. in pr. ff. h. t.*

II.

Et nihil aliud est, quam detentio rei cum animo sibi possidendi. *d. l. 1. in pr. & §. furiosus. 3. ff. h. t.*

III.

Possessio alia est vera, alia quasi possessio. *l. ait prator. 23. §. item 2. ff. Ex. quib. caus. maj.* Illa rerum corporalium. *l. 3. in pr. ff. h. t. tara mobilium, quam immobilium. l. 3. §. interdum 14. ibi: Haec rationes à re possidentur. ff. ad Exhib.* Haec incorporalium. *l. item. 18. §. 1. ff. de Hered. petit.*

IV. Utraque vel justa vel injusta. *l. qui fundum. 12 ff. Quemadm. serv. amitt.* five, quod perinde est, vel bonae, vel malae fidei est. *l. 3. §. vel etiam. 22. ff. h. t. l. pen. ff. Quemadm. serv. amitt.* Illa est, quae à jure est approbata; five, quae jure consistit: Haec, quae corpore. *l. nemo. 10. C. h. t.*

V.

Justa possessio vel civilis, vel naturalis est. Civilis est, quae ex justa dominij acquirendi causa, cum animo & cogitatione dominij apprehenditur & possidetur. *l. pen. vers. cum igitur, ibi: bona fidei possessor dominij cogitatione suam possidet.* Naturalis possessio est, quae quidem cum animo & affectione justa sibi possidendi apprehenditur, citra tamen opinionem & jus dominij. *l. 13. §. 1. ff. de Publ. in rem act. & l. 22. §. 1. ff. de Nexal. act.*

VI.

Civilis possessio iterum subdividi potest, quod sit vel plena, quae jure proprietatis nostra est, & pleno jure possidetur. *l. 1. C. de Re-*

A 2

206. de-



voc. donat. vel nuda, quæ jure tantum possessionis nostra est. l. si mu-  
lier. 21. §. qui possessionem. 2. ff. Quod met. caus. l. si cum venditor. 26. in pr. ff.  
de Evid. l. stipulario ista. 38. §. si quis forte. 3. ff. de V. O.

VII.

Possidere in genere sibi possunt omnes, qui affectionem, intel-  
lectum & sensum possidendi habent. d. l. 1. §. furiosus. 3. & §. ceterum.  
9. l. quamvis. 32. §. infans. 2. ff. b. l.

VIII.

Hinc furiosus & pupillus sine tutoris auctoritate non possunt  
incipere possidere: quia affectionem tenendi non habent, licet ma-  
ximè corpore suo rem contingant: sicuti si quis dormienti aliquid  
in manu ponat. Sed pupillus tutore auctore incipiet possidere. O  
filius quidem & Nerva filius, etiam sine tutoris auctoritate possi-  
dere incipere posse pupillum, ajunt: eam enim rem facti, non ju-  
ris esse. Quæ sententia recipi potest, si ejus ætatis sit, ut intellectum  
capiat. d. l. 1. §. 3. l. sequitur. 4. §. pupillus. 2. ff. de Usurap.

IX.

Qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt;  
habere possidere non possunt: quia possessio non tantum corporis,  
sed & juris est. l. possessio. 49. §. 1. ff. b. l.

X.

Municipes per se nihil possidere possunt: quia universi uni rei  
consentire non possunt. Forum autem & basilicam, hisq; similia  
non possident, sed promiscuè his utuntur. Sed Nerva filius ait, per  
servum, quæ peculiariter adquisierint, & possidere & ulcupere  
posse. Sed quidam contra purant: quoniam ipsos servos non possi-  
deant. Sed hoc jure utimur, ut & possidere, & ulcupere municipes  
possint: idq; eis & per servum & per liberam personam acqui-  
ratur. d. l. 1. §. ult. & l. seq. ff. b. l.

XI.

Deniq; nec hereditas possessionem habet, quæ facti est & ani-  
mi. Sed nec heredis est possessio, antequam possideat: quia heredi-  
tas in eum id tantum transfundit, quod est hereditatis, non autem  
fuit possessio hereditatis. l. 1. §. Scævola. 15. ff. Si u. qui test. lib. est. iust.

XII.

Civiliter possident. I. Rerum domini, non tantum qui plenum  
domi-

dominium, sed & qui nudam habent proprietatem. 2. Fructuarij civiliter ve ut possident usumfr. Rem ipsam verò neq; civiliter neq; naturali er possident fructuarij. 3. Vasalli & emphyteutæ civiliter possident, non quidem rem ipsam, sed usumfr. Rem verò in feudum vel emphyteusin datam, vasalli quidem & emphyteutæ possident naturaliter; domini verò feudi & emphyteuseos planè non possident. 4. Civiliter possident, ex secundo decreto pratoris in possessionem missi. *l. pratoris. 5. in pr. ff. de damn. infect.* 5. Bonæ fidei possessores. 6. Civiliter possidet maritus dotem. Mulier verò omninò non possidet, *arg. l. dotis actione. 9. C. Solue. matr.* 7. Uxores donatariæ rem alienam donatam, si eam bona fide acceperint, & inde donator non sit factus pauperior, civiliter possident, ideoq; & usucapio procedit. *l. sed & si. 25. ff. de Donat. int. vir. & ux. l. 3. ff. pro donat.* Deniq; in hoc tractatu pro regula constituendum est, omnes civiliter possidere, quicumq; propositum & animum possidendi habent, cum justa & legitima dominij cogitatione conjunctum.

#### XIII.

Naturaliter possidet 1. Dominus vel proprietarius, qui à creditore pignus precario habet, & ut precario possideret, rogavit. 2. Ex secundo decreto in possessionem rerum feudalium, emphyteutarum missus. 3. Creditor. Ipse verò debitor omninò non possidet. 4. Precario rem rogans. *l. 2. §. fin. l. 4. §. 1. & §. fin. ff. de Precar.* 5. Sequester. Ad extremum quicumq; sibi possident, si citra jus & opinionem dominij possideant, naturaliter possidere dicendi sunt.

#### XIV.

Injustè prorsus & improbè possessionem corporalem nanciscuntur. 1. Prædones, similesve possessores, qui aliorum res invadunt, & vi occupant ac possident. *l. 7. C. h. t. l. si ex stipulatione. 5. ff. h. t.* 2. Rem alienam clam invadentes. Minus injustè possident mariti donatarij. *arg. l. quod uxor. 16. ff. h. t. juncta l. pro herede. 11. §. fin. ff. de Hered. petit.* 2. Qui scientes rem alienam emunt. *l. 2. §. 1. ff. pro emptor.* Deniq; qui sibi possident, nec tamen possessionis suæ causam aliquam, vel titulum justum & legibus probatum habent, corporaliter & injustè possidere existimandi sunt.

#### XV.

Hactenus quomodo per nosmet ipsos, nunc quomodo per alios adipi-

adipiscamur possessionem. Hi sunt tùm filij. & servi potestati no-  
stræ subjecti, tum etiam quidam extranei. Ubi sciendum, & illum  
per quem volumus possidere, talem esse debere, ut habeat intelle-  
ctum possidendi. *d. l. i. §. ceterum. 9. ff. b. t.*

XVI.

Filios accipimus non tantum naturales & legitimos, sed &  
adoptivos: Quod usq; adeò verum est, ut non tantum per istos in-  
cipere possidere possimus, sed & si adoptaverimus eum, qui preca-  
riò rogaverit, nos quoq; precariò possidebimus. *l. si adoptavero. 16. ff.  
de precar.*

XVII.

Per servos etiam & per ancillas quin possis nancisci possessio-  
nem non dubitatur. *d. l. i. §. per ancillam. 12. ff. b. t.*

XVIII.

Servos intelligimus vel proprietate nostros tantum, vel com-  
munes: quorum illi possessionem nobis in solidum; hi pro ea par-  
te, qua nostri sunt, acquirunt. *l. 5. ff. de Stipul. serv.*

XIX.

Nonnunquam tamen per communem, sicut per proprium,  
adquirimus etiam singuli possessionem in solidum, si hoc agat ser-  
vus, ut uni acquirat; sicut in dominio acquirendo. *d. l. i. §. per com-  
munem. 7. ff. b. t.*

XX.

Per servum autem vel filium, qui in potestate est, earum rerum,  
quas peculiariter tenent, etiam ignorantes adquirimus possessio-  
nem: quia nostra voluntate intelliguntur possidere, qui eis pecu-  
lium habere permisimus. Igitur ex causa peculiari & infans & fu-  
rius acquirunt possessionem, & usucapiunt; & heres, si heredita-  
rius servus emat. *d. l. i. §. item. 5. ff. b. t.*

XXI.

Extra causam peculij si quid teneat filius. aut servus, ejus pos-  
sessio ut acquiratur parenti vel domino, omninò scientia horum  
necessaria erit. *l. peregrè. 44. §. quasitum. i. ff. b. t.*

XXII.

Quod servus tuus, ignorante te, vi possidet: id tu non possi-  
des: quoniam is, qui in tua potestate est, ignorant tibi non corpo-  
ralem

ralem possessionem, sed justam potest acquirere. Sicut id, quod ex peculio ad eum pervenerit, possidet. Nam tum per servum dominus quoque possidere dicitur: summa scilicet cum ratione. Quia, quod ex justa causa corporaliter a servo tenetur, id in peculio servi est. Et peculium, quod servus civiliter quidem possidere non potest, sed naturaliter tenet, dominus creditur possidere. Quod vero ex maleficijs apprehenditur, id ad domini possessionem ideo non pertinet, quia nec peculij causam apprehendit. *l. quod servus. 24. ff. b. 1.*

### XXIII.

Per servum, qui in fuga sit, nihil posse nos possidere, Nerva filius ait, licet respondeatur, quamdiu ab alio non possideatur, a nobis eum possideri, ideoque interim etiam usucapi. Sed utilitatis causa receptum est, ut impleatur usucapio, quamdiu homo nactus sit ejus possessionem. Possessionem autem per eum acquiri, sicut per eos, quos in provincia habemus, Calsij & Juliani sententia est. *d. l. 1. §. per servum. 14. ff. b. 1.*

### XXIV.

Extranei, per quos etiam possessionem acquirimus, sunt servi alieni, vel liberi homines. Servi alieni, ut quorum usumfr. vel usum habemus, aut qui bona fide nobis serviunt tanquam proprii. Hi enim ex tribus causis possessionem nobis acquirunt, veluti ex re nostra, ex operis suis, & si contemplatione nostri heredes ab aliquo sint instituti. Extra has causas quod acquirunt, ad proprietarium pertinet. *l. 1. §. sed & per eum. 6. ff. b. 1. §. de ijs autem. 4. Inst. Per quas pers. cuius acquire l. acquirunt. 10. §. de his autem. 3. ff. de A. R. D. l. si servi. 21. ff. de usufr.*

### XXV.

Liberi illi homines sunt, qui bona fide nobis serviunt: Hi similiter ex praedictis illis causis tribus nobis acquirunt. *dd. supra llas.* Item procuratores, tutores, curatores, qui ea mente apprehendunt possessionem, ut operam suam nobis accommodent. *d. l. 1. §. per procuratorem. 20. ff. b. 1.*

### XXVI.

His praemissis concludimus, duos in solidum eandem rem possidere non posse, ita ut nec unus civiliter, alter naturaliter, nec unus justè

juste & bona fide, alter injuste & mala fide possideat. *l. si sit certa.*  
*§. §. fin. ff. Commod. l. 3. §. ex contrario. §. ff. b. t.*

XXVII.  
Ethicusq; de personis, quæ possidere possunt, sequitur ut de  
rebus, siue materia, in qua possessiones consistunt, agamus. Verè  
& propriè possidentur res corporales. *l. 3. in pr. ff. b. t. siue ex sint*  
*mobiles. l. 3. §. interdum. 14. ff. ad Exhib. siue se moventes. d. l. 3. §. si*  
*servus. 10. ff. b. t. siue immobiles: dummodo sint certæ. Incertam*  
enim rem possidere nemo potest: veluti si hac mente sis,  
ut quicquid Titius possidet, tu quoq; velis possidere. *d. l. 3. §. 2. ff.*  
*b. t. quia incerta pars neq; tradi, neq; capi potest. l. locus. 20. ff. b. t.*  
Incertain verò partem Interpp. nostri docent esse eam, quæ ratione  
loci & quotæ est incerta, non quæ ratione loci tantum. *l. si quis fun-*  
*dum. 13. in pr. ff. b. t.*

XXVIII.  
Thesaurus in fundo reconditus non statim possidetur fundo  
possesso, sed ita demum, si loco moveatur. *d. l. 3. §. Neratius. 3. in*  
*fin. ff. b. t.*

XXIX.  
Quasi possidentur res incorporales. *l. si quis diuturno. 10. in pr. ff.*  
*si serv. vind. l. 23. §. item ei. 2. ff. Ex quib. caus. major. Prorsus non pos-*  
sidentur res sacrae, sanctæ, religiosæ, liber homo. *l. cum heredes. 23.*  
*§. fin. l. qui universas. 30. §. 1. ff. h. t.*

XXX.  
Succedunt causæ acquirendæ possessionis, circa quas tria cum  
primis consideranda: Primò, quæ sint possessionis causæ: tum,  
an pluribus ex causis possidere eandem rem possimus: tum deniq;  
an sibi quis causam possessionis mutare possit.

XXXI.  
Causæ possessionis sunt emptio, donatio, legatum, dotis datio,  
noxæ deditio. Item si cui heredes facti simus, aut cujus bonorum  
possessionem petierimus, si teneamus rem pro derelicto habitam,  
si rem terra, mari, cælo vel ex hostibus captam pro nostro possidea-  
mus. *d. l. 3. §. genera. 21. ff. b. t.*

XXXII.  
Et quidem ex plurimis etiam causis possidere eandem rem  
possu-

possumus, ut quidam putant, & eum, qui usufructu caperit, & pro emptore, & pro suo possidere. Sic enim & si ei, qui pro emptore possidebat, heres sim: eandem rem & pro emptore & pro herede possideo. Nec enim, sicut dominium non potest nisi ex una causa contingere, ita & possidere ex una duntaxat causa possumus. *d. l. 3. §. ex plurimis. 4. ff. h. t. l. non ut ex pluribus. 159. ff. de R. 1.*

XXXIII.

Causam verò possessionis retentæ nemo ipse sibi, suo ipsius proposito, nulla extrinsecus accedente causa. *l. cum nemo. 5. C. h. t.* mutare potest, hoc est, non potest is, qui & corpore & animo possessioni incumbit, hoc solum statuere, ut alia ex causa possessionem habeat. *l. qui bona. 19. §. 1. ff. h. t.*

XXXIV.

Mutatio verò hæc aut verè sit ac propriè, quando duæ possessiones, vel duæ possessionum causæ subsunt, quarum alteram à nobis abdicamus adsumpta altera: aut quasi ac impropiè, quando is, qui detinet, detentionem in possessionem vult convertere, & sibi possidere. *l. 2. §. 1. ff. pro hered.*

XXXV.

Sequitur de modo acquirendæ possessionis, qui est vel substantialis vel accidentalis. Substantialis modus hic est, quod possessio animo & corpore acquiritur, non per se animo, nec per se corpore, *d. l. 3. §. 1. ff. h. t.* Quamvis dentur nonnulli casus, in quibus animi officium emineat ac prævaleat, ut in specie *l. quarundam. 51. ff. h. t. & aliarum similium.*

XXXVI.

In quasi possessione, usus, quem quis jure proprio, non jure familiaritatis exercet, pro corporali apprehensione est. Et acquiritur hæc possessio aut ex justo alienationis titulo: Et patientia adversarij perinde, ac in occupanda rerum corporalium possessione voluntas & traditio auctoris. *l. 5. ff. h. t.* necessaria est, sive alienans sit dominus, sive non. *l. si ego. 11. §. 1. ff. de Public. in rem act. l. 1. in fin. ff. de S. P. R.* Aut nullo alienationis titulo præcedente: & tunc solo etiam usu absq; patientia adversarij acquiritur.

XXXVII.

Accidentalis modus acquirendæ possessionis est, quod possessio  
B acqui-

adquiritur non modò purè, sed & sub conditione. *l. qui absentis. 38. §. 1. ff. h. t.*

XXXVIII.

Nunc de retinenda possessione. Retinetur possessio animo & corpore simul. *d. l. qui bona. 19. §. 1. ff. h. t.* Et animo quidem nostro tantum, corpore autem vel nostro, vel etiam alieno. *d. l. 3. §. carcerum. 12. ff. h. t.* Solo verò corpore non retinetur. *d. l. 3. §. in amittenda. 6. ff. h. t.* quamvis bene solo animo. *d. l. 3. §. sed & si 7. & §. 8. in fin. & §. saluus. 11. cum simil. ff. h. t.* Ethæc de omni possessione etiam corporali vera sunt.

XXXIX.

Si servus, vel procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quispian alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter naturam possessionem cujuscunq; rei dereliquerit, vel alij prodiderit, desidia forte vel dolo, ut locus aperiatur alij eandem possessionem detinere, animo nihilo minus retinemus possessionem. *l. ult. C. h. t. d. l. 3. §. 8. in fin. l. si id. 25. §. 1. l. 30. §. fin. ff. h. t.*

XL.

Res mobiles, excepto homine, quatenus sub custodia nostra sunt, hactenus possidentur, id est, quatenus, si velimus, naturalem possessionem nancisci possimus. Nam pecus simul atq; aberraverit; aut vas ita exciderit, ut non inveniatur: protinus desinit à nobis possideri, licet à nullo possideatur. Dissimiliter atq; si sub custodia mea sit, nec inveniatur: quia presentia ejus est, & tantum cessat interim diligens inquisitio. *d. l. 3. §. Nervæ. 13. ff. h. t.*

XLI.

Rerum porrò incorporalium etiam quasi possessionem animo solo retinemus, puta servitutum tam urbanarum, quam rusticarum.

XLII.

Restat ut de possessionis amissione videamus. Possessionem animo & corpore simul amitti extra controversiam est. Solo autem corpore non amittitur, quamvis bene solo animo. *d. l. 3. §. in amittenda. 6. ff. h. t.*

XLIII.

Animo autem vel volente, vel invito amittitur possessio. Volente animo, cum quis constituit nolle se possidere. *d. l. 3. §. 6. vel vacuam*

vacuam possessionem alij tradit, licet ea mente, ut postea sibi restitueretur. *l. si quis vi. 17. in fin. ff. h. t.* licet item res tradatur vel injusto possessori. *d. l. 1. §. si vir. 4. ff. h. t.* vel etiam ad possessionem accipiendam inidoneo. *l. quod meo. 18. §. si furioso. 1. ff. h. t.*

XLIV.

Sic volente animo amittitur possessio, si quis mortuum in eum locum inferat, quem possidebat; vel si servum manumittat. *d. l. 30. §. 1. & §. item. 4. ff. h. t.*

XLV.

Invito animo amittitur possessio, si quis vi de possessione fundi dejectus sit. *d. l. 3. §. & si. 9. ff. h. t.* si locum, quem quis possidebat, mare aut flumen occupet. Si prætor nos e possessione nostra detradat, & alium ex secundo decreto immittat. Si possidens ab hostibus capiatur. Si ex lana nostra vestimentum sibi alius faciat. *d. l. 30. §. 2. 3. & 4.* Si feræ, quas possidebamus, in naturalem libertatem se receperint.

XLVI.

Et hæc in omni possessione etiam injusta locum habent. Quælibet enim possessio, vel animo & corpore simul, vel animo tantum, si tamen utrumq; in contrarium agatur, sine discrimine amittitur. *l. quem admodum. 8. ff. h. t.*

XLVII.

Rerum etiam incorporalium quasi possessionem, vel voluntate nostra, vel dejecti & expulsi amittimus. *l. si ager. 23. ff. Quib. mod. usus. velus. amitt.*

XLVIII.

Finis & effectus possessionis est, ut rebus possessis utamur, fruamur. Secundum possessionis effectum Interpp. nostri constituunt, quod ex possessione dominium esse caperit. *l. 1. §. 1. ff. h. t.*

Tertius effectus est, quod bonæ fidei possessores fructus suos faciant. Et tantum pro instituti ratione de materia hac possessionis.

ne(o)fo



venerunt possessionem ab iudice, licet ea mente, et possessio dei restit  
matur. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio

XLVII

Sic volente animo iudicari possessione, si quis in re iudicari  
locum habet, quoniam possidetur, vel si iudicari iudicari. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio

XLVIII

Iudice animo iudicari possessione, si quis in re iudicari  
locum habet, quoniam possidetur, vel si iudicari iudicari. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio

XLVIII

Ergo in omni possessione eorum in iudice locum habet  
locum habet, quoniam possidetur, vel si iudicari iudicari. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio



XLVIII

Et in eadem in eorum iudicari possessione, vel voluntate  
re possit, vel despectu exp. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio

XLVIII

Finis & effectus possessionis est, ut res possit utantur  
iudicari. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio  
possessione. I. si quis in re. I. licet item res iudicari vel in alio

(0) 23



tem illi tradit, licet ea mente, ut possit de illis  
res tractare, licet item res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis

tem illi tradit, licet ea mente, ut possit de illis  
res tractare, licet item res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis

XIV

tem illi tradit, licet ea mente, ut possit de illis  
res tractare, licet item res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis

XV

tem illi tradit, licet ea mente, ut possit de illis  
res tractare, licet item res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis

XVI


tem illi tradit, licet ea mente, ut possit de illis  
res tractare, licet item res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis


XVII

tem illi tradit, licet ea mente, ut resbus possit  
res tractare, licet item res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis  
res tractant vel in illis res tractant vel in illis

(0)







putant, & eum, qui usucaperit, & pro emptore,  
 Sic enim & si ei, qui pro emptore possidebat,  
 rem & pro emptore & pro herede possideo.  
 inium non potest nisi ex una causa contingere,  
 a duntaxat causa possumus. *d. l. 3. §. ex plurimis.*  
*tribus. 159. ff. de R. l.*

XXXIII.

possessionis retentæ nemo ipse sibi, suo ipsius  
 insecus accedente causa. *l. cum nemo. 5. C. h. e.*  
 est, non potest is, qui & corpore & animo pos-  
 solum statuere, ut alia ex causa possessionem.  
*§. 1. ff. h. r.*

XXXIV.

ec aut verè sit ac propriè, quando duæ posses-  
 sionum causæ subsunt, quarum alteram à nobis  
 altera: aut quasi ac impropiè, quando is, qui  
 in possessionem vult convertere, & sibi possi-  
 red.

XXXV.

do acquirendæ possessionis, qui est vel substan-  
 Substantialis modus hic est, quod possessio  
 quiritur, non per se animo, nec per se corpore,  
 vis dentur nonnulli casus, in quibus animi of-  
 rævaleat, ut in specie *l. quarundam. 51. ff. h. e. &*

XXXVI.

one, usus, quem quis iure proprio, non iure fa-  
 pro corporali apprehensione est. Et adquiri-  
 ex iusto alienationis titulo: Et patientia ad-  
 in occupanda rerum corporalium possessione  
 uctoris. *l. 5. ff. h. r.* necessaria est, sive alienans  
 . *l. si ego. 11. §. 1. ff. de Public. in rem act. l. 1. in fin.*  
 o alienationis titulo præcedente: & tunc solo  
 tia adversarij acquiritur.

XXXVII.

modus acquirendæ possessionis est, quod possessio  
 B acqui-